

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Amissio rerum h  
cum fonte primo

Pecuniam perdiidi; et illa quam multos!  
Pecuniam perdiidi; fortassis te illa perderet. ←

“Pecuniam perdiidi.” Fortasse te illa perdidisset.  
“Pecuniam perdiidi.” Sed habuisti. “Pecuniam  
perdiidi.” Habebis uno periculo minus.

Pecuniam perdiidi;  
O te felicem, si cum illa auariciam perdidisti!

“Pecuniam perdiidi.”  
O te felicem, si cum illa auariciam perdidisti.  
sed si manet illa apud te, es tamen utcunque felicior,  
quod tanto malo materia subducta est.

→ “Pecuniam perdiidi.” Et illa [quidem] quam multos!  
Eris nunc in via expeditior, domi tutior: non habebis,  
sed non timebis heredem. Exoneravit te fortuna, si  
intelligis, et tutiore loco posuit: damnum putas?  
remedium est. [Denique si amissas cum amissis  
taediis conferas, lucrum voces.] Defles, gemis,  
miserum te clamitas, quod opibus excussus es? tuo  
vitio ista tibi iactura tam tristis est. non tam moleste  
ferres, si tamquam perditurus habuisses.

Pecuniam perdiidi; antequam tu haberes,  
alius ante perdiderat.

“Pecuniam perdiidi.” Nempe quam ut tu haberes,  
alius ante perdiderat.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 11.1-3  
(F. Haase ed., p.453).

Oculos perdiidi; quam multis cupiditatibus  
uia incisa est!

“Oculos perdiidi.” Quam multis cupiditatibus  
uia incisa est!

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 12.1  
(F. Haase ed., p.454).

Liberos amisi;  
stultus est qui mortem mortalium deflet.

“Amisi liberos.”  
Stultus es, qui defles mortem mortalium.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 13.1  
(F. Haase ed., p.454).

Perierunt perituri;  
habebant illi cuius magis essent quam tui.  
Apud te precario morabantur; educandos tibi illos  
fortuna mandauerat. Recepit illos, non abstulit.

“Perierunt liberi mei.”  
Habebant illi, cuius essent magis quam tui.  
Apud te precario morabantur: educandos tibi illos  
fortuna mandaverat: recepit illos, non abstulit.

Seneca de remediis fortuitorum.

Pseudo-Seneca, *De remediis fortuitorum liber*, 13.3  
(F. Haase ed., pp.454-5).